+

D.n Miguel Villa Bedel Llamará á Claustro pleno para mañana Miercoles á las diez de la mañana para hacerme presente á la Universidad, y ofrecerme á su servicio. Fecha Martes 21 de Diciembre de 1813

D.r D.n Martin Hinojosa
R.or

El S.or R.or acababa de tomar la posesion de
tengase su empleo en la Capilla de S.ta Barbara
[illegible] entre Claustra de la S.ta Ygl.a Cat.l para
el tener a la Univ.d y en el Claus.o pleno se hi-
tene para zo presente a la Univ.d manifestando sus
recibir al
S.or R.or el deseos de acertar a servirla en el empleo
[illegible] de R.or, y q.e p.a ello esperaba de la misma
de guardar le auxiliaria con sus luces, pues q.e todo
La Constit.on hiera obra de la Univ.d
de urbanidad, politica y moderacion, y con-
cluido le contesto el S.or D.r D.n Salva-
dor Tejerizo como Decano, manifes-
tandole el placer con q.e le miraba la Univ.d
en d.ho empleo, y lo mucho q.e se prometia
en el acierto y honor de todos sus neg.s
y cui por las qualidades tan particulares q.e
cuntanc le distinguian, con otras espresiones de urbanidad,
y se levanto el Claus.o q.e consto de los S.res de la [illegible]

Claustro Pleno de 22 de Dic.re de 1813 en
que tomó Posesion el Señor Dr.
Dn. Martin Hinojosa; de Rector de
esta Univ.d

In Dei Nomine Amen.

Salmanticae anno ab hominum Genere restituto millesimo octingentesimo decimo tercio die vero decima Novembris hora nona ante meridiem Universi huius Academiae Domini Doctores; ante diem ut moris est, congregatique post incruentum Sacrificium celebratum in Divi Hieronimi Sacello, ut electio novi Rectoris huius Almae Academiae fieret: electique sorte ex omnibus juramentique adstricti prout nova methodo statuitur Illustres Domini Doctores Dominus Franciscus Garcia Ocaña. Dominus Maximus Josephus Lazarain. R. P. M. Fr. Augustinus Sanchez. Dominus Petrus Marcus Rodrigo. Dominus thomas Gonzalez. Dominus Clemens Carrasco. Dominus Michael Martel, et Dominus Ildephonsus Sampelayo cum perillustri D. D. D. [illegible] Primariae [illegible] civilis Prudentiae Cathedrae emerito Professore, in Vallisoletana dicendi juris Foro Honoris toga decorato huiusque Almae Academiae antiquitate Rectoris Vices gerente quo munere ex statutis eligendi jure fungetur, et in mei praedicta huius Academiae Notarii praesentia coramque omnibus ejusdem Professoribus perpensis attente meritis, scientia, moribus, aliisque maturae perpendendis ad rectam, legitimamque eleccionem; factisque aliquot ex necessitate scrutiniis usque dum canonica staret eleccio maximo suffragiorum numero novum Rectorem, novamque lucem elegerunt predictum illustrem D. D. D. Maximum Hinojosa: qui quidem academicarum Legum observantissimus, cognitaque moderatione ductus, eligi se Rectorem non posse contendebat quod unum ei maxime impedimentum obstaret: nempe emeritum

AVSA
ARCHIVO UNIVERSITARIO SALAMANCA

esse Professorem: quod, si quod esset, ut legitima auctoritate tolleratur, ipsa Academia supremum regendi Regni Senatum observantissima submisione rogavit; causam afferens eo Rectore opus esse, ut scholastica disciplina, studii vigor, Salmantinaque Academiae percelebre quondam nomen, quae miserrimis his temporibus fere penitus evanuerant, in pristinum statum, tali Moderatore, tantique Senatus auspicio pervenirent. Quibus, uti expectandum erat, benigne attentis; nullum obstare praefato D. Maximo impedimentum, quod Emeritus esset Professor, si statutum de eligendo Rectore Emeritos non referret, Senatus declaravit. Quam quidem exoptatam declarationem à perillustri D.D. Jorge Alvarez Guerra Suprema Gubernationis à Secretis ad Illustrem virum Doctorem Dominum Franciscum de Sales Carrero huius Salmantinae Provinciae Politices pro tempore Praesulem missam, non potuit Academia Salmantina maxima sui ipsius gratulatione excipere: eamque academico Senatu decimo sexto Kalendas Januarii celebrato legi, ad effectum redigique decrevit; praedictumque et perillustrem D.D.D. Maximum Hinojosa optimo jure electum Rectorem declaravit. Quae quidem electio, et declaratio, ut ante praesente Notario exhibita fuit, et publicata, ab omnibus adstantibus dominis maximo fuit accepta plausu. In quorum fidem ego Licenciatus Josephus Ledesma publico jure Notarius eiusdemque academici conventus à Secretis, ut omnibus semper, et ubique notum sit nomine meo suscripsi undecimo Kalendis Decembris anni supra relati = Presens fui = Lic.tus D. Joseph à Ledesma, Secretar.s

AUSA

In Dei Nomine Amen

Salmanticae anno a Dominum Jesum nati millesimo octingentesimo decimo tercio, die vero decima Novembris hora nona ante meridiem convocati Universi huius Academiae Domini Doctores ante diem ut moris est, congregatique post in cruentum sacrificium celebratum in Divi Hieronimi Sacello, ut electio novi Rectoris huius Almae Academiae fieret: electique sorte ex omnibus, juramento praestito, prout nova methodo statuitur Illustres Domini Doctores Dominus Franciscus Garcia Ocaña Dominus Maximus Josephus Zataraín R. P. M. Fr. Augustinus Sanchez Dominus Petrus Marcus Rodriguez Dominus Thomas Gonzalez Dominus Clemens Carrasco Dominus Michael Martel et Dominus Stephanus Campeazgo cum Reverendissimo D. D. D. Martino Hinojosa Romanae Civilis Prudentiae Cathedrae emerito Professore, et Vallisoletano decendi jurisque Honoris Toga decorato, huiusque Almae Academiae antiquitate Rectoris vices gerente, quo munere ex statutis eligendi jure fungitur, et in mei praedicti huius Academiae Notarii praesentia coramque omnibus ejusdem Professoribus, perpensis attente merito, scientia, moribus, alliisque mature perpendendis ad rectam, legitimamque eleccionem; factisque alliquot ex necessitate scrutiniis eoque dum canonica staret eleccio maximo suffragiorum numero novum Rectorem, novamque lucem elegerunt praedictum illustrem D. D. D. Martinum Hinojosa: qui quidem academicarum Legum observantissimus, cognitaque moderatione ductus, eligi se Rectorem non posse contendebat, quod ~~[illegible]~~ unum ei maxime impedimentum obstaret: ~~[illegible]~~ nempe, emeritum esse Professorem:+ ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ ~~si quod esset~~ +~~legitima [illegible]~~ ~~[illegible]~~ supremum regendi Regni

+ quod, si quod esset, ut legitima auctoritate tolleretur, ipsa Academia supremum

AVSA

Senatum observantissima submissione rogavit; causam adferens, eo Rectore
opus esse, ut scholastica disciplina, studii vigor, Salmanticaeque Academiae
~~nomen~~ percelebre quondam nomen, quae miserrimis his temporibus fere
penitus evanuerant, in pristinum statum, tali Moderatore, tantique Senatus aus-
picio pervenirent. Quibus, uti expectandum erat, benigne attentis; nullum ob-
stare praefato D. Martino impedimentum, quod Emeritus esset Professor, si statu-
tum de eligendo Rectore ~~de publicis aeque comitibus loquentis~~, Emeritorum
non referret, Senatus declaravit. Quam quidem exoptatam declarationem a perillus-
tri D.D. Joanne Alvarez Guerra supremae Gubernationis a Secretis ad Illustrem vi-
rum Doctorem Dominum Franciscum de Sales Cantero huius Salmanticensis Provinciae
Politices pro tempore Praesulem missam, non potuit non Academia Salmantina ma-
xima sui ipsius gratulatione excipere: eamque academico Senatu decimo sexto
Kalendas Ianuarii celebrato legi, ad effectum redigique decrevit; praedictumque et
perillustrem D.D.D. Martinum Hinojosa optimo iure electum Rectorem declaravit.
Quae quidem electio, et declaratio, ut coram praesenti Notario exhibita fuit, et publi-
cata, ab omnibus adstantibus dominis maximo fuit accepta plausu. In quo-
rum fidem ego Licenciatus Josephus Ledesma publico iure Notarius eiusdemque
academici conventus a Secretis, ut omnibus semper, et ubique notum sit, nomi-
ne meo subscripsi undecimo Kalendas Decembris anni supra relati.

Presens fui

Lic.tus D. Joseph à Ledesma

Secretar.

AVSA

Poesion de Rector del S.^r D.^{or} D.^n
Martin Hinojosa; correspond.^e
al Claustro pleno de 22 de dicbre de
1813

AVSA